

ad Indos penetrans, nunc Hispanorum imperio subiectos, Crucifixi imaginem secum detulit. Imago deportata est ad palatium Principis ethnici, qui ironice ex Christiano quærens, hincine miser homo & cruce pendens esset Christianorum Deus? affirmans Christiano, ex contemptu imaginem conspuit. Et ecce! Christus in cruce oculos aperiens, & cervicem erigens, tam terribili vultu aspexit Principem, ut ille cum trecentis optimatibus præ timore in terram concidens, quasi per tres horas exanimis iacuerit. Dein ad se rediens baptizatus est. E. Imago num. 10.

Miles cum suis sociis in Monasterium, cui Michael Gisterius (postea Pius V. Pontifex) præfuit, insolenter illapsus, minari etiam ausus Michaeli, ac Priori, quod cum in puteum precipitare velit, successu temporis venit ad Pontificem. Is quærens, an meminisset eorum, quibus in Monasterio Priore illo & illo anno offendisset? respondente milite, se meminisse omnium, subintulit Pontifex: Ego sum ille Prior, & miles fere metu exanimatus est. Quid fiet cheu! cum Iudice offenso? J. 112.

Fratres Joseph fere metu contabuerunt, audientes ab illo: Ego sum, quem vendidistis in Ægyptum. C. Gen. 45. v. 4.

Negue solum ex se, sed etiam ex eo erit Iudex formidabilis, quia creaturas omnes armabit contra peccatorem: Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam. Ubi Bonaventura: Tangit supplicium reproborum sub metaphora Regis arma. moventis contra suos adversarios, & describit primo Regis propolium, secundo ejus apparatus, tertio bellum, quarto belli effectum, quinto belli remedium. In primo adventu inermis advenit, sed tunc armatus venit: armaturæ veritas, justitia, iudicium. Armabit creaturas omnes, nunc tantum forte unam v. g. ignem, non aquam: aerem, non terram, sed tunc omnes. S. p. 132. fol. 417. seq.

Regis ante ipsum præcedet: Quare ignis? terreni Principes, uti Reges Persiæ in usu habebant, ut quoecunque ibant, ignem sibi præferri haberent. Nabuchodonosor præambulos semper habebat: tadaros, Tantisque metus proventis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, & honorati simul cum populis essent obviæ ventis &c. Idem eventus Alexandro Magno post devictum Darium. Cornelius a Lapide per verba illa: Oslam

successum ego video, intelligit Regem Chaldaeorum, cui ignis præferri solebat in bello &c. D. 4. 94.

Sicut fulgur exit ab oriente & parviusque in occidentem: ita erit adventus filii hominis. Reditus Christi ad iudicium instar fulguris erit: 1. Subitus. 2. Inexpectatus. 3. Omnibus manifestus. 4. Gloriosus. 5. Efficax, ut nemo resistere valeat. 6. Non in terra, aut in angulo, sed in aere toti orbi conspicuus. Sicut fulgur, ait S. Chryostomus, non indiget præcone, aut nuntio, sed in momento omnibus apparet; sic adventus ille ubique lætium splendere videbitur. C. Matth. 24. v. 27.

Consideratio Iudicii.

126. Absterru: a peccatis.

N Aaman Syrus iustus est septies laudare in Jordane, ut a lepra manderetur: Jordanes interpretatur iudicium: a lepra peccati mundatur anima, si laetetur in iudicii consideratione &c. B. term. 22. n. 3.

S. Rex David monet: Nolite iniqua agere, nolite exaltare cornu. Sed quare? Quoniam Deus iudex est. S. p. 136. f. 427.

S. Chryostomus ait: Qui hujus diei obliviscitur, tanquam fræno abjecto in precipitium fertur: ita contra qui hujus diei continuo recordatur, a precipitio scelerum securus est. S. p. 136. f. 427.

Narrat Vairus suo tempore fuisse hominem admittanda vi oculorum præditum, qui cum in lapidarii cuiusdam manibus gemmam, in miro artificio politam fixis oculis contemplatus fuisset, lapillus ejus se sine mora divisit, ac confregit. VV. art. disc. Font. 28. ex. 3. Posuit hoc acies naturalis oculi, & cor tunc lapideum non differant flammantes oculi Divini Iudicis? &c.

Abbas Evagrius: Memor esto semper exitus tui, & non obliviscaris æterni iudicii & non erit delictum in anima tua. C. Lev. 16. v. 29. ad finem.

S. Basilius ait, in illud: Venite filii S. Basilii. in timorem Domini docebo vos: Cum te appetitus invaserit peccandi, velim cogitare horribile illud, & intolerabile Christi tribunal, in quo præfidebit, & adhibet omnis creatura ad gloriosum huius conspectum contremiscens. Huius horribilis diei schema dedit Deus in iudicio Udonis Antifistis. Magdeburgensis, quem & lecto scriptum S. Mauritius in Ecclesia sua decollavit. Crucer

Crior Udonis adhuc indelebiter adheret pavimento. C. Joel 2. v. 31.

Sacerdos veteris testamenti nolulas habuit in fimbria vestis. Quare? Origenes ait: Ut de extremis temporibus, & sine mundi nunquam sileas, sed inde tones. Nolula erant numero 366. ut indicetur numerus dierum in anno, id est, quotidie de iudicio monendum esse B. fer. 45. n. 1.

Petrus Telonarius avarus & immisericus citatur ad iudicium Dei: videt ibi omnia peccata sua in unam lancem reporni, & in alteram bojum panis, quem pauperi dedit: hac visione terretur vitam, & mores mutat, & totum se dedit misericordiae operibus. C. Joel 2. v. 31.

127. Peccatorem adducit ad penitentiam.

Vox Domini confringentis cedros. Ubi S. Augustinus, id est superbus &c. Vox Domini preparantis cervos: cervus meticulosum animal partum vi cohibet, donec per contritum pavefcat, & pariat: ita partus peccatoris, id est confessio promovetur per vocem Domini. Tali modo Christus Dominus ad partum voluit adjuvare Pilatum: Anoda videbitis filium hominis. Ubi Chryostomus: Sensus Christus hunc concepit, de patria, de regno meo quærit, est cervus obligata, juvabo, ut vincat respectus humanos rationes status &c. S. punct. 136. fol. 428.

Trepidus quidam Monachus in somnio visus est sibi ante Dei tribunal stare, nec posse ad interrogata respondere: restitutus sibi integro decennio solitudinis se includit, ac sicut maxime id temporis peragit. Sanch. 4. p. c. 4. f. 252.

Abbas Agathon in morte tremens dixit se consistere ante Dei tribunal: quæsitus an ergo spem non haberet in suis operibus, reposuit, o fratres mei credite, longe diversæ sunt coram Deo, & coram mundo apparere. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 253.

Homines sancti semper memoria retinentes illam sententiam: Estote parati

quia quia hora non putatis, filius hominis venit, in timore & tremore vixerunt, & aliis, ut idem facerent, persuaserunt.

Abbas Ammon cuidam hoc monitum dedit: sicut incarcerationem in expectatione penarum suarum plorant, quærent identidem, ubi est iudex, & quando veniet: Ita Christianus semper debet esse sollicitus, sibi ipsi exprobandum: Væ mihi, quomodo stabo ante tribunal Christi?

Abbas Evagrius ait: Divinum terribile

iudicium semper ante oculos habeant, & peccatorum confusionem, quam passuri sunt ante oculos Christi ac Sanctorum. Abbas Elias dicere sapius solebat: Ego tria timeo: quando egressura est anima mea de corpore, quando occursum sum Deo, & quando adversum me profunderet est sententia. Senex quidam cum videret ridendum, exprobravit illi: coram cali terræque Domino rationem totius vite redditurus sumus, & tu rides? C. in Matth. 24. v. 44.

M O R S.

128. Quid sit?

L Astantius ait, mortem esse divilionem anime: Aristoteles: esse privationem vitæ. Plato: esse ruptionem vinculi inter corpus & animam. Mori est destrui ædificium corporis: Mori est proficisci in incognitam regionem æternitatis. Mori est valedicere mundo, amicis, & noxi. Mori est deserere bona terrena, honores, voluptates. Mori, ait Tertullianus, est ultimum omnium questionum: Multa enim quærentur, & quæri possunt de homine, sed cum respondeatur, quod sit pulvis, & cinis, tunc hæc responsio ultima est &c. B. ferm. 16. n. 7. seq.

Philosophus ab Adriano Imp. interrogatus quid sit mors? reposuit: Mors est æternus somnus, dissolutio corporis, divitium pavor, pauperum desiderium, incerta peregrinatio, inevitabilis eventus.

Juxta S. Ambrosium, mors est dissolutio corporis & anime; solvitur enim hoc nexu cum recedimus, unde & David inquit: Dissipasti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

Mors a S. Gregorio vocatur Somnus, si Greg. ut hoc mansuetum vocabulo, mortis merito doloretur; somnum enim merito mescit: unde & S. Paulus Discipulos admonet: Nolumus vos ignovare de dormientibus, ut non contristemini.

Dicitur mors a Morfu, ait S. Augustinus, quia per mortuum, quo protopærentis nostri vitium pomum momorderunt, in orbe introducta est.

Mors ordinarie quaternos dolores comites habet: Dolores corporis est morbo, dolores anime est peccatis, dolores inferni ob incertitudinem iudicii, & dolores ex aspectu ædemonum insidiantium.

Tab. Inf. 12. c. 13. Arist. lib. de morte. Plato in Phæd. Tertul. ap. Jobb. de pecc. 77. 77. S. i.

S. Ambrosii. 1. de bono. mor. c. 2.

S. Greg. 12. mor. c. 5.

S. Aug. ser. 301. de temp.

129. *Imminet homini semper, & ubique.*

Christus Dominus docuit nos panem quotidianum tantum hodie petere, ut doceret incontinentiam crastini. S. David ait: *Inanimata in manibus meis semper.* Quam facile autem e manibus aliquid exeat! M. conc. 3o. aff. 1. n. 16. 17. seq.

Deceptio dæmonis est, quod quilibet hominum sibi persuadeat, se per unum saltem adhuc annum victurum. C. Gen. 6. 3. v. 4.

Historici notant, aliqua loca plus aliis esse infortunatis casibus obnoxia: sic Parisiis in platea ferrariorum aut cuprariorum multa infortunia facta fuisse sciuntur. Ibi cum corpus S. Ludovici ad sepulturam S. Dionysii transportaretur, antiquum ædificium multitudinis spectantis populi plus nimis oneratum concidit, & septem Regis Nobilissimos equites misere obrivit. Ibi ab Henrico Angliæ Rege Parisienses, qui illi gratulabundum *Vivat* acclamare noluerunt, misere trucidati sunt. Ibi Francisci Primi primarius facellanus per Regium torem gladio confossus obiit. Ibi Henricus IV. per sciarum Ravalliac duplici vulnere confossus est. Theat. Trag. Hist. 7. n. 11. & seq. Venim si rem bene consideremus, tandem cuilibet hominum talis funestus locus decretus fuit.

O quam continua, & numerosa est propagatio humani generis! in una urbe utcumque spatiosa per annum generantur mille homines, & post quinquaginta, aut octoginta annos vix unus superest! Quo ergo devenerunt? audite, quid sapientissima Thecutis Davidi dixerit: *Omnes morimur, & quasi aque dilabimur in terram!* Videte imbrem copiosum: innumeræ aquarum guttulæ delabuntur in terram, & post triduum, calente sole, nulla amplius superest. Sic res se habet cum humano genere: *Quasi aque dilabimur in terram, que non revertuntur.*

Joannes Eleemofynarius iussit sibi conici sepulchrum, sed imperfectum, & interitum moneri se a fabricis: Monumentum tuum adhuc imperfectum est, iube perici, quia morieris. C. Gen. c. 5. v. 5.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Imminet enim in internis, imminet in externis: procedit manu regis quoad locum, quia ubique te potest comprehendere. Precedit manu regis, quoad tempus; quia quavis ætate & hora potest te opprimere. Precedit manu regis quoad modum; quia non restringitur ad unum, non ad febres, catarrhos &c. Segn. Man. 6. Maji 2.

Escl. 51. Non frustra dixit Ecclesiasticus: *Pro morte defuncto deprecatus sum, ipsa enim vita nostra est mors fluida, semper aliquid transit: Ipse quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quedam prolixitas mortis:* ait S. Gregorius. Certe hunc in modum Seneca scripsit ad Lucilium: *Quotidie morimur, quia quotiæte aliquid de vitæ perdimus, hæc etiam*

S. Greg. Hom. 37.

dum crescit, semper decrescit: transit infantia, transit pueritia, transit juvenitus. Foran hunc ipsum in sensum dixit: *Deus ad Adam, quæcumque die comederis, morte morieris;* quia illa die incipit mori: sicut navigantes etiam cum comedunt, ludunt, dormiunt, semper provehantur; ita ait S. Ambrosius, *est non videmur corporaliter, progredimur* Cæc. D. 11. 76.

Mors ex improvise aggreditur hominem; ideo inhiandum thesauris cælestibus potius, quam terrenis. Pœletii Fertia 4. Cinerum.

Historici notant, aliqua loca plus aliis esse infortunatis casibus obnoxia: sic Parisiis in platea ferrariorum aut cuprariorum multa infortunia facta fuisse sciuntur. Ibi cum corpus S. Ludovici ad sepulturam S. Dionysii transportaretur, antiquum ædificium multitudinis spectantis populi plus nimis oneratum concidit, & septem Regis Nobilissimos equites misere obrivit. Ibi ab Henrico Angliæ Rege Parisienses, qui illi gratulabundum *Vivat* acclamare noluerunt, misere trucidati sunt. Ibi Francisci Primi primarius facellanus per Regium torem gladio confossus obiit. Ibi Henricus IV. per sciarum Ravalliac duplici vulnere confossus est. Theat. Trag. Hist. 7. n. 11. & seq. Venim si rem bene consideremus, tandem cuilibet hominum talis funestus locus decretus fuit.

O quam continua, & numerosa est propagatio humani generis! in una urbe utcumque spatiosa per annum generantur mille homines, & post quinquaginta, aut octoginta annos vix unus superest! Quo ergo devenerunt? audite, quid sapientissima Thecutis Davidi dixerit: *Omnes morimur, & quasi aque dilabimur in terram!* Videte imbrem copiosum: innumeræ aquarum guttulæ delabuntur in terram, & post triduum, calente sole, nulla amplius superest. Sic res se habet cum humano genere: *Quasi aque dilabimur in terram, que non revertuntur.*

130. *Demonstrat vanitatem rerum mundanarum.*

S. Antonius Paduanus ait: *Sicut vestis, que vento inflata major esse videtur, quam sit; pro quantum turget! sed puncto acu, & statim confidebit. Pannum acus, id est mortis, manifestabit, quam parvus homo sit.*

In Veteri Testamento lex erat, quod omnia

S. Ant. Serm. 12. Trinit.

omnia bona immobilia, quæ erant vendita, tempore jubilæ ad suum Dominum debeant reverti: Quanto igitur magis annus jubilæ appropinquabat, tanto viliori pretio constabant bona omnia &c. O mi homo tu tanto vilis æstimabis bona terrena, quanto attentius pendens te appropinquare morti, quæ tibi omnia eripiet. D. 3. 62.

S. Spiridion in aulam Constantii Imperatoris vocatus, ut eum a gravi infirmitate sanaret, cum videret, quod Trifillus suus focus maiestatem Imperatoris nimium quantum admiraretur, quasi: ubi & quis ergo est Imperator? en ille est, ajebat Trifillus, qui in throno sedet. Estne homo? ita, est homo! Quid ergo miraris, subintulit Spiridion, illa purpura computrescet non minus, quam nostra lacinia &c. R. cent. 2. p. 1. mir. 26.

Xerxes numerosissimo exercitui ingemiscens doluit, quod post centum annos ne unus militum sit superfuturus.

Saladinus mortale linteum in castris circumferri & stentorea voce clamari præcepit: Hoc solum Saladinus ex omni imperio superest. C. Gen. 2. v. 17.

Quantos vidimus in hoc mundo, qui venosi, adpasci, incaffati & dilatati in honoribus, & divitiis helleuati sunt! Quanta audivimus de Imperatoribus, regibus, & principibus nobis coævsi! ubi modo sunt! in sepulcro, in pulvere, quasi nuncquam fuissent! *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur* Cæc.

Escl. 103.

131. *Violenta, aut repentina non semper denotat malum.*

S. Simeon Stylita fulmine percussus, & tamen vitus est a S. Juliano Episcopo in calum ab Angelis deportari: *Iustus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* D. 3. 5.

S. Aug. increpat cogitantes & dicentes: *Aug. non erat ille iustus, ideo male perii; nam non periret, si iustus esset.* D. 3. 5.

S. Paulus post naufragium in Insula Maltha a vipera iclus statim a confortibus credebatur esse impius & Divino supplicio dignus. Job a suis amicis putabatur esse scelesterus, & tamen uterque fuit sanctissimus. D. 6. 45.

S. Eusebius in morte horrendum in modum elulabat, ita ut circumstantes præ timore in terram conciderent; nam quandoque transeveris oculis, & facie terribili clamabat: Non faciam! Mox: Adju-

Escl. 103.

vate fratres, ne peream! Interrogatus, quæ causa sit clamoris & terroris? Resp. Dæmones ad blasphemiam me invitaverunt! sic priores clamores repetit! Quis illi exitus fuit mortis? Optimus! nam S. Hieronymus illi succurrit, & cum expiravit statim Deus eum sanctitatem in eo declaravit, quod cæcus, qui ejus cadaver tangebatur, visum repercit.

Mors repentina omnium hominum iudicio habetur pro miserabili, & non sine fundamentis: *Si repente interrogas, quis respondet tibi, qui S. Job.* Sicut enim æconomus, ait S. Thomas, si repente, sine præparatione ad inenudatas rationes vocetur, infelicem se reputat; ita homo, si subitanea morte ad iudicium citetur. S. p. 130. f. 403. Verum quot homines sancti obierunt, imo exoptarunt mortem repentinam!

132. *Non est timenda.*

Escl. 41.

Nolite metuere iudicium mortis. Non est timenda mors 1. Quia ipsa est iudicium, seu iusta, non iniusta, ob culpam tam propriam, quam propterea. 2. Quia in sæculis, quæ ante te fuerunt, omnes sunt mortui, nemo a lege mortis fuit exceptus. 3. Post te per omnia sæcula omnes nascendi sunt morituri, ut merito ab hac universali lege nec te velis excipi. 4. Hoc iudicium mortis commune est omni carni, non tantum hominibus, sed & animantibus; est hæc fors naturæ fragilis, ut corrupturæ, unde cum quis moritur, dicitur ingredi viam universæ carnis. 5. Non solum Christiani, sed etiam gentiles non timeunt mortem, sed contempserunt: Anaxagoras audita filii morte dolorem stitit, inquit: *sciebam me genisse mortalem.* Et Seneca, *stultum est, inquit, timere, quod vitare non potes.* 6. Mors docet contemnere vitam præsentem intuitu vitæ futuræ: considera ingressum tuum, quam fuerit immunda, progressum quam sit laboriosus, egressum quam sit periculosus. Nativitas hominis immunda est, vita laboriosa mors periculosa: Unde S. Bernardus: *Recole unda venis, & erubescit, ubi sis, & ingemisce, quo vadis, & contremisce.* C. in Escl. 41. v. 5.

Alphonfus Arragonia Rex adolescentem, qui mortem timebat, consolans, ajebat: Non est cur mortem times, est enim principium vitæ quæ neque dolori, neque timori, neque invidiæ, neque ærumnis subjecta est. C. in Escl. 41. v. 7. Sanctus Cyprianus ait: *Mortalitas Christi-*

flans prestat, quod martyrium, cepimus libenter appetere, dum mortem discimus non timere. C. in Apoc. 14. v. 13.

133. Est inevitabilis.

Infallibile est decretum Dei, quo statutum est omnibus hominibus semel mori. Narratur de fonte quodam in Insula Loguca, quod fenes rejuvenescere faciat, diciturque de fene decrepito, quod amore vite producendæ eo se contulerit, & aqua illa fontana lotus & potus refumpserit robur virile, uxorem iterum duxerit, & filios genuerit. VV. art. disc. font. 16. ex. 5. Verum videntur hæc esse fabulosa. quin imo si milleni extarent ejusmodi fontes, prævaleret decretum Dei: statutum est omnibus semel mori &c.

Magnates & Imperatores quantum cautelam adhibuerunt contra mortem! audierunt, quod laurus, virtulus marinus, & Aquila sine immunes a fulmine, & ideo Tiberius Cæsar turbulento cælo semper coronam lauream capite gestabat: Augustinus semper pelles vituli marini secum portavit: alii aquilarum plumis se defendere fategerunt: VV. art. disc. font. 20. ex. 3. Et tamen, ubi modo sunt? in mortis faucibus, nec vitam ultra alios prolongant.

Indovicus XI. Rex Galliz ita mortem contumit, ut præ amore animi fere contumit: in Medicos, alias parcissimus, immensos thesauros profudit. E Gallia universa Sanchorum Eipfanohæcas sibi afferri jussit: S. Franciscum de Paula ex Italia accersivit, ut suis precibus vite prorogationem sibi a Deo impetraret. VV. art. disc. Font. 27. ex. 6. Quid autem profuerunt hæc omnia? Nihil! moriendum illi erat &c.

134. Causatur ab inexpectato eventu.

Saleus Turca cum filium reducem recipit, quem mortuum credebat, aut a Christianis captivum, præ gaudio exanimatus fuit. Similiter Diagoras, cum vidit filios suos in ludis Olympiæ coronam retulisse, præ læticia mortuus est. Germanus centurio spectabat certamen alicujus herois contra Turcas; heros ille postquam complures interfecerat, tandem multitudine obrutus, vulneris perit. Postliminio ubi centurio illæ cadaver occisi explorat, videt suum esse filium, & præ tristitia moritur. D. 3. 15.

Diodorus Logicæ Professor, quia fo-

phisma aliquid solvere non poterat, traxit moritur. Homerus quærit ex piscatoribus, an felicem capturam fecerint, reponunt illi, quod cepimus, dimissimus, quod non cepimus, habemus, istud ænigma cum solvere Homerus non poterat, pudore obiit. Aristoteles, quia capere euripum maris non potuit, moritur. Philippides comædus præ aliis suis æmulis plaufum populi referens, præ læticia obicit. Diagoras ob victoriam a filio reportatam, Mater aliqua ob reditum filii, quem mortuum credebat, præ gaudio mortem oppetunt. D. 8. 27.

Ufus gemmarum conducit alias ad fanitatem, nihilominus. Leo IV. Imperator Constantinopolitanus cum diadema gemmeum ferret, ex margaritarum vi apoplexia mortuus est. Idem accidit Paulo II. Pontifici Maximo ob gemmarum vim frigidiorum. VV. art. disc. font. 38. ex. 2.

Tarquinus pisciculi spina: Fabius pilo cum læte hausto: Aristides mustellæ morsu obiit. Anacreonem & Sophoclem ut acinus: Luciam Marci Aurelii filiam punctura acus subito extinxit.

135. Non timetur a Sanctis.

S. Joannes Eleemosynarius voluit quotidie a Sacerdotibus suis de morte moneri, his aut similibus verbis: Domine jube confici tuum sepulcrum, quia morieris.

S. Abbas Theodosius jubet aperiri tumulum, quæritque ex discipulis, qui erit primus in hoc tumulo? Ecce! rogavit Basilium, ut se primus esse juberet, habita sunt illi omnia parentalia & mortuus est. Fures venerant ad S. Hilariionem, qui intrepidus eos excepit: quærentibus, cur non timeret, reposuit, qui paratus est mori non timet mortem. Sanc. 4. p. f. 245.

Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius, quia est liberatio et carcere; allevamentum ponderis, terminus peregrinationis, reditus ad patriam, victoria præcedanea. Beati servi, quos cum venerit Dominus invenit vigilantes. Sperat Prov. 14. iustus in morte sua. H. ferm. E. fol. 6.

S. Job bonis omnibus privatus, & expectans, donec veniat immutatio sua, semper subintulit: Sit Nomen Domini benedictum!

S. Paula Romana, cum totius patriæ monii everso illi nuntiaretur, exclamavit: Nuda exivi de utero Matris, nuda & redibo: sicut Domino placuit, ita fiat. C. Ezech. 24. v. 18.

Quanto desiderio SS. Martyres antehilarantur.

Platina in Vit. Pont.

Drevel. in Prodr. c. 10.

Pl. 115.

Luc. 12.

Gen. 2.

Oliva 1. o. Aram. fol. 126.

larint ad mortem, pater exemplo Machabeorum, & aliorum. Recte S. Bernardus: Hunc transitum ad vitam miseri infideles mortem appellant, fideles autem quid, nisi Pascha? quia moritur mundo, ut perficere vivat Deo. Ingressitur locum tabernaculi, admirabilis, usque ad domum Dei. C. in Apoc. 14. v. 13.

136. Admit mundana omnia.

Saladinus Orientis Imperator ante mortem iussit mortuale linteum suum circumferri, & exclamari: hoc solum Saladino ex omnibus regnis reliquum est. C. Gen. c. 2. v. 17.

Maria Campaniæ Comitissa, & quatuor Regum soror, fuit luxu & pompa dedita, mortura vocavit Abbatem vicini Monasterii: verum cum ille advenerat, jam Comitissa descesserat, vidit autem famulos Domine utensilla, vasa aurea, argentea, vestes pretiosas, linteamina purpurea, aliaque abripere, quorum unum insolentior cadaver Comitissæ lecto in stramenta nudum devolvit. Tum Abbas perorans aiebat: O vos omnes cernite pompam Comitissæ delictissimæ, cui nihil jam superest præter stramen. E. Mundus n. 3.

Quidam jactanti suum palatium & divitias, blandientibus aliis, unus edixit: unum errorem admisisti in tuo palatio! quem illud: quod ostium non occluseris, per quod mortuus essereris. Hoc dicto percussus dives saculum reliquit. T. n. 86.

In morte desinit amicitia mundana, juxta illud: Vocavi amicos meos, ipsi autem depererunt me! In Belgio vir dives, cum morte iustatus, vocavit uxorem, filios, filias, famulos, & ancillas, impense rogans, ut se jurent, cumque singillatim omnes responderent, sibi vires non esse, nec remedium contra mortem, ingemiscens moribundus edixit: O quam delipui, quod amicos quaesierim in hoc mundo! O quam fatuus fuisset, si Deo serviissem! C. in Thren. 1. v. 19.

137. Cur incerta sit?

Deus summa industria celat horam mortis: dixit Adamo, in quacunque die comederis, morte morieris, & tamen Adam 930. annos vixit. Oliva dat rationem: Maluit Deus suas minas irritas vivere, non incertum. Ratio autem est: 1. Ut homines semper paratos sit mori. 2. Ut functiones utiles Republicæ non omittan-

tur. 3. Ut non differatur poenitentia, per illud enim non moriemini seducti sunt protoparentes. B. ferm. 32. n. 21. seq.

Quis magis securus, & immunis possit esse a morte, quam juvenis, & tamen multi juvenes in ipsa juventute ex insperato abripiuntur a morte. Cur autem Deo disponente sunt hæc præcurata mortes? Resp. hoc quidem pertinet ad arcana Dei judicis, verum causæ possent esse: 1. abripiuntur ante tempus propter peccata impudicitia, quibus seducti ab aliis, vel alios seducentes petulicium, juxta illud: Qui se jungit fornicariis, vermes hereditabunt illum. 2. Sape id fit in pœnam parentum; hinc illi pueri, qui deludebant Eliseum Prophetam, ab uris lacerati sunt. 3. Ob bonum juvenum morientium, ne malicia mutaret intellectum. 4. In bonum Communis, aut familiaris, qui forsitan, si superviverent, temporaliter, aut spiritually essent nocituri. O utinam multi in juventute mortui essent, saltem non tam profunde demersi fuissent in infernum. S. p. 226. fol. 394. & seq.

Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies, ait S. Augustinus, sero parantur pericula, cum mortis imminet pericula.

138. Est incerta tam juveni, quam seni.

Inter viginti, aut plura vitra non illud fractiois proximus est, quod vetustius est: illud enim quod heri constatum est, tam cito et mensa excuritur, quam aliud, quod jam pluribus annis usui deservit &c. B. fer. 6. n. 18. & seq.

Mors non servat ordinem ætatis, sed providentia Dei, que æque juvenem, quam senem abripit. Malum spiritum Saulis compevit cythara Davidis; quia erat symbolum mortis; sicut ergo cytharædus non secundum ordinem fidium percurrit cytharam, sed modo hanc, modo aliam fidem tenuem æque ac raucam vellicat; ita mors æque juvenem, quam senem abripit. B. ferm. 16. n. 25.

Mors armata est gladio, & arcu: Gladium suum vibrabit, arcum suum tendit. Cur duplici armatura utitur? Respondet Raulinus: Senes, quasi gladio, juvenes de mortis, quasi sagittis occidit. B. ferm. 16. n. 28. c. 30.

Rebus omnibus invenitur remedium, morti remedium nullum invenitur: Dicitur sibi unusquis Matris suæ, utrum nobilitas, an quod solus esset, an quod juvenis quiddecim annorum, remedium advenit? neutiquam advenit: homo flos est, & qui heri natus est, tam facile contur-

S. Aug. de disj. Dom.

Pl. 7.

Raulin.

c. 30.

ritur, quam diu florens: Expositus, ut vult: Immaturo sum, junior sum: nihil efficit, nam mors fructus etiam immaturus carpit &c. S. p. 126. f. 391. & seq.

Christus Dominus tantum panem quotidianum hodie nos petere iussit, ut doceret nos incertitudinem crastini, ait Augustinus. M. conc. 30. aff. i. n. 16. & seq.

S. Aug.
serm. 22.
de temp.

139. Adequat omnes homines.

In hac vita homo ab homine discernitur per varias denominationes: Est Imperator, est Aulicus, est Doctor &c. sed ultima responsio omnibus est equalis: Est pulvis & cinis. Psalmista ait: *Ad nihil sum deveniens, sicut aqua decurrens*: aqua decurrens nunc nomina habent Danubii, Rheni, Sequanae &c. Sed quando tale flumen intrat in mare, ad nihilum devenit, quia nomen amittit, ait Card. Hugo: ibi discerni non amplius potest, quis sit Danubius, quis Rhenus &c. Ita in altero mundo homines aequales erunt. B. ferm. 16. n. 8. 9.

S. Aug.
in sent.
lib. 11.

Discerne, si potes, in tumulis, discernere cineres Alexandri a cineribus Menelae, Lycurgi, Scipionis &c. B. ferm. 16. n. 10. S. Augustinus ait: *Respice sepulcra, & vide, qui servus, & qui Dominus*. Non magnum ab humili, non nobilem a plebeo, non doctum a rudi dignoscere: *Venit mors, ait Seneca, quae vos pares efficit*. B. ferm. 17. n. 10.

Lapis sine manibus aurum, argentum, & lutum aequaliter commisit: aurum ut ferrum, nobilem ut ignobilem, senem ut juvenem abripit &c. S. p. 126. f. 391.

S. Augustinus: *Divitius flores, & majorum nobilitate te iactas? exultas . . . de palchritudine, & honoribus, qui tibi ab hominibus deseruntur: respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es* &c. in terram ibis, circumspice eoi, qui ante te similibus splendoribus fuisse, ubi sunt, quos ambiebat civium potentatus? ubi insuperabiles Imperatores? . . . ubi exercituum duces? Nunc omnia favilla, nunc in paucis versibus eorum memoria est. Corn. in Gen. fol. 87. col. 2.

Aspice noctu sereno caelo sidera, sunt magna, sunt parva, sunt lucida, sunt vix conspicua, omnia tamen ab oriente in occidentem rapiuntur, & tandem oculis nostris disparent: ita homines magni & illustres, Nobiles, Literati, Rudes, Cives, Rustici, Mendici, omnesque sine differentia in mortem trahuntur, & tandem

Idiota de
coltemp.
mort. 54.

disparent. Sicut homo nudus egreditur ex utero Matris; ita nudus, & denudatus ab omnibus ritualis, opibus, & honoribus, revertitur ad sepulcrum. In solis virtutum meritis differunt mortui, in ceteris sunt aequales &c.

Nunquam vidisti ludum latrunculorum! ibi ex conis, quibus ludum luditur unus vocatur Rex, alter Regina, alii officiales, cursores, salii, & tandem sufficit. Finito autem ludo omnes promiscue in unum sacculum coniciuntur, nec est differentia inter Regem & rusticum. Sic vita humana ludus est, hac finita, non amplius discrimen, Rex & rusticus in eundem cinerem recidunt.

140. Est talis, qualis vita fuit.

Monachus quidam in publicis nundinis quaerit emere equum cum capite equino, & cauda agnina: ridentibus omnibus dixit, hanc esse stultitiam mundi, qui vult vivere velut equus, & mulus, mori vero ut ovicula Christi. Imprudens est serere tribulos, & sperare uvas: imprudens est conducere sedem in inferno, & sperare thronum in caelo. Arbor excisa in illam partem cadit, in quam inclinat &c.

Goliath in fronte percussus debuisse supinus cadere, & tamen pronus prostravit in terram: Quare? Respondet Abulensis: *Cecidit in faciem super terram*, & quia non consueverat oculos in caelum levare. B. ferm. 9. §. 4.

Mors dicitur umbra vitae: sicut ergo umbra equi non representat hominem, sic cum homo vivit velut infirmitas, equus, non morietur ut iustus homo &c. B. ferm. 49. n. 28.

Balaam exclamat: *Moriatur anima mea morte iustorum*: Ubi Oleaster: Volunt homines vivere ut peccatores, & mori ut iusti: Dominus autem non consuevit dare mortem iustorum nisi iustis. Et S. Augustinus: *Vivite bene, ne moriamini male* &c. S. p. 129. f. 402.

Sive ad austrum, sive ad aquilonem ceciderit lignum. Ubi Bernardus: quia parte casura sit arbor, si scire voleris, ramos ejus attende, ubi major eorum copia inde casuram ne dubites. Rami sunt desideria nostra &c. S. p. 129. f. 402.

Sandus Augustinus enunciat: *Hae est iustissima Dei lex, ut moriens obliviscatur innoxius, qui vivens oblitus est Dei*. A. I. l. 4. num. 24.

Vivite bene, ut non moriamini male ait S. Augustinus. Mirum foret si homo qui

Bethor.
tom. 2. de
P'ris
pp. 5. 65.

1. Reg. 17.

Abulensis
2. 24.

S. Bern.
serm. 48. in
Cant.

Num. 13.
Oleaster.
hic.

Eccl. 11.
S. Bern.
liv.

S. Aug.
serm. 24.
de Verbo
Dom.

qui lolium seminat, tempore messis triticum colligeret: Mirum foret si viator, qui semper deorsum vadit, finaliter in apice montis staret. &c. D. 9. 10.

Vita humana similis est Orationi Rhetorica: loco exordii est infantia, ex qua iam praenotici potest, an homo ad vitam, vel ad virtutem proclivis futurus sit. Loco Propositionis est deliberatio, seu capta resolutio ad certum vitae statum. Loco corporis seu confirmationis, est vitae cursus seu malus. Loco Epilogi denique, est morbus ultimus seu mors, ubi fiet factorum repetitio, & si facta vitae fuerint bona, sequetur solatium propter beatam retributionem: si mala, sequetur desolatio & desperatio propter supplicium. Sic Antiochus in morte clamavit: Nunc reminiscor malorum, quae feci in Jerusalem: Et Henricus VIII. Angliae Rex: *Amici omnia perdidimus!* &c.

Dicebat Balaam, *moriatur anima mea morte iustorum*, sed dicere prius debebat, vivat anima mea vita iustorum, ut moriatur morte iustorum: bonam enim vitam bona mors sequitur, & malam vitam mala mors. Sic ergo Romae mori non potest, qui Romae non vixit; ita in Deo mori non potest, qui in Deo non vixit. C. in Apoc. 14. v. 13.

Mors speculum est vitae: cum deformis Aëtopus introspicit speculum, non ibi relucet formosus Ganymedes. Parrem in modum si vita sit millenis seculibus monstrata, mors non erit virtutibus sancta, mors non erit virtutibus sancta, mors non erit virtutibus sancta: mors est edypon vitae, illud debet concordare cum prototypo: mors autem sancta cum vita scelerata non concordat. Mors est depositum, seu thesaurus vitae, si per omnem septimanam in Gazophylacio monetas cupreas, spuriasque inicitas, demum reclusa die Sabbati cista non aurea, argenteaeque monetæ prodibunt. Mors partus est vitae: sicut ergo immunda scropha nunquam parturiet oviculam, ita immunda vita nunquam post se trahet mortem beatam. &c. Vis sancte in Dei gratia mori: disce sancte in Dei gratia vivere!

141. Est incerta quoad modum.

Quadruplex mortis genus est: *Præmatura*, ut si pomum adhuc crudum de arbore desiciatur. *Subitanea*, ut Orax, Heli, Anania & Saphira contigit. *Violenta*, ita Saul lancea confossus, Jezabel de fenestra precipitata est. *Naturalis*, cum defectu humorum, aut caloris deficit hodie. Claus Spicij, universi. Pars III.

mo, sicut defectu olei lampas extinguitur: Dic, quia mortis ratione tu morieris? B. Sermon. 16. n. 32.

Henricus I. Rex Castiliae, dum lateas obit, a decidente e tecto tegula obruitur. Aeschylus Poeta, dum ruri quiescit, a testudine ex unguibus praetervolantis aquila decidua occiditur. Quidam somnians se morsu lapidei leonis fuisse lethali ter fauciatum, dum manum ex joco in risum leonis inserit, a latente scorpione mordetur, & moritur. Anacreon graecus Poeta ab una botri suffocatur. Godinus in mensa Eduardi Regis Angliae ossa, Fabius Senator crine, quem una cum lacte forberat, perit. Otilius comædus post actam in theatro personam, dum larvam qua utebatur, considerat, nemine advertente moritur. O quæ incerta est mors, quæ a te levissima adventare potest. &c. D. 8. 58.

Quidam Romæ, cum cancellarius aedes praeribat, ad ingenti saxo, cui Riario-rum insignia inculpta erant, decidente obruitus est. J. 83.

Philammon comædus jam unam comædiz partem in theatro representaverat, sed quia pluvia interveniente abruptem fabulam coactus est, promissis spectatoribus se alteram partem postera die exhibiturum. Altera die theatrum & orchestra personis jam erat repleta; expectatur Philammon, & non comparere. Queritur, & ecce! in lecto mortuus reperitur.

Draxel.
in Prodr.
est. 645.

142. Est incerta quoad tempus.

Tertullianus hunc mundum appellat *corpore naturæ*, in quo homines non altere versantur, quam infans in corpore materno. Cum ergo vivit homo, mundus pragnat, & cum moritur mundus parit. Jam attende: vixit partus sedecim mensium, alii decem mensium, ait Plinius. Salomone de se factetur: *Decem mensium tempore coagulatus sum*. Mater Machabazorum novem mensibus pragnabat. Alii partus praenaturi fuerunt teste Plinio, nempe quatuor, quinque, aut septem mensium &c. cum igitur mori idem sit ac nasci in aeternitatem, ideo sicut infans in utero non certo tempore concluditur, ita nec certum tempus homini est in hoc mundo. &c. B. Sermon. 49. n. 26. seq.

Auctores mira quaedam blaterant de annis climactericis, corumque periculis, annos autem climactericos nominant omnes septenarios, & nonarios, dicantur

Tertul.
ap. Cass.
in
aula
Santi.

que intra eorum spatium semper notabilem corporis humani varietatem intercyrenire: maxime autem formidabilem ajunt esse annum sexagesimum tertium, in quo concurrunt novem septenarii & septem nonarii. &c. Verum si rem penitus inspiciamus, tandem omnis annus climactericus est; quia omnis periculo mortis obnoxius; quis est annus, in quo non mortui sunt millei & milleni. &c. D. 10. 68.

In Monasterio S. Vvinvaloci eo ordine utebatur mors, ut semper moreretur annosior fenex. R. 1. cent. 2. part. mir. 25. Sed alias id moris non habet mors.

Quæ latior homini dies, quam natalis, sæpe sympois & lætitiis celebrata; & tamen multis eadem recurrens natalis fuit dies etiam mortis, tales fuere Plato, Antipater, Polystratus, Alexander Magnus, Pompejus, Carolus Magnus, Henricus Cardinalis, Gregorius Magnus & alii. VV. art. disc. font. 100. ex. 1.

O quoties homo nescio quæ, aut quot negotia conficere cogitat, & repente abripitur. Juvenis ille voluit in Philosophia, in Jure, in Medicina Magister fieri, deinde intare Religionem. Verum dum cum his cogitationibus dormitum concedit, altera die in lecto mortuus inventus est. E. *Converso*. n. 34.

Plin. l. 8. c. 7.

Manlius Torquatus dum in cœna placentam appetit: Quintus Scapula, dum apud Aquilium Gallum cœnæ assidet: Sofficus dum cubiculum egrediens, limini pedem illidit: Cajus Aufidius dum in comitio pedem offendit: Bebius Judex dum vadimonium differri jubet, repente extincti sunt. &c. Eheu! quando & quomodo nos, qui hæc scribimus, legimus, vel audimus, & ubi moriemur?

143. Per varia signa prænuñciatur.

Carolus Magnus Romanorum Imp. & Galliarum Rex pretiosissimam Ecclesiam Aquilegiani in honorem Beatissimæ Virginis condidit, & supra portam ingressus suum Nomen *Carolus Princeps* trabalibus litteris inscripsit: ante illius mortem autem Ecclesia fulmine percussa, & inscriptio illa litterarum, ac ex integro deleta atque extincta fuit. Theat. Trag. hist. 7. n. 21.

Antequam Henricus IV. Rex Galliarum a sicario fuit confossus, adornabatur Parisiis insignissima pompa & triumphalis festivitas in coronationem Regine, & tamen nemo hominum sentiebat læticiam, sed omnes, qui laborabant ad

festivum jubulum mira quadam tristitia obruebantur: quod erat signum prodromum infortunati Regicidii. Theat. Trag. hist. 7. n. 21.

In Conventu Amorensi Ordinis Prædicatorum campanula fuit, quæ semper sua sponte sonum insolitum edere solita est, quoties quisspiam ex fratribus brevi erat moriturus. Cum ergo audita fuit campanula, omnes se morti parabant. E. *Mors*. n. 27.

Vir nobilis post fontium metidiamum, afferti sibi jusit vitrum vini. Et ecce: allatum in frustra distiliit. Allatum est alterum, sed & hoc, & tertium distitum est. Nobilis autem ad noctem mortuus est. T. n. 81.

In familia Klenorockiorum, siquis est moriturus, prius femina lugubri habitu per fenestras proficit.

In familia Sternbergiorum in templo parochiali noctu lumina visuntur, quæ si sint a dextra parte, marem, si a læva, feminam morituram denotant.

In familia Kolobrat lapis sepulcralis sudat. In familia Lobkoviz campanula sponte sonat. T. n. 119.

Ante mortem Ludovici XI. & Henrici IV. cometa in firmamento apparuit. Ante mortem Ludovici Balbi eclipis adeo cælum obtenebravit, ut stellæ apparerent. Ante mortem Regis Alexandri Poloni Cracoviz supra curiam ignitus globus apparuit. Ante mortem Matthiæ Corvini in Hungaria Buda leones extincti sunt. Ante mortem Mauricii Saxonis de lapidea ejus statua caput ultro decidit. Ante mortem Imp. Andronici Statua S. Pauli visa est lacrymari. Ante mortem Alphonsi VI. in Hispania lapides pavimenti in Ecclesia tribus diebus abundanter aquam sudarunt. Ante mortem Caroli, Maximiliani, Ferdinandi Imp. terra insolito motu contremuit.

Vallisoleti in Hispania sepulcrum est Nobilis Equitis Castilianum, in quo tumultus ingens auditur, antequam quis ex ea familia moritur. In Italia supra Castellum Montauri, quod Nobilis familia inhabitat, semper flamma apparet, antequam aliquis ex ea familia fati concedit. Familia Torrelliorum, Piorum, & Gonzagarum, antequam quis ex iis decedat, semper per feminam albis vestibus inducam præmonetur.

Meslane imago B. V. in tabernaculo asservatur, dicta Malbino, cujus claves semper Abbatis asservat, cum autem tabernaculum sponte se referat, signum est, aliquam e monialibus morituram.

In

Joann. Hist. l. 1. Mir. Europ. c. 11.

Petra sancti de Mir. Europ.

In Monasterio S. Mauricii in Sabaudia tot sunt pisces in vivario, quot Monachi in cœnobio: cum ergo unus ex iis moriturus est, semper prius piscis emortuus enatat.

Venetis in Monasterio S. Danielis, cum ferrea clathra apud sepulcrum S. Joannis concutiuntur, signum est unam e Monialibus obituram.

Spoleci in Umbria cum quis in morbum incidit, ad sepulcrum Beatæ Mariæ ceream accendi jubet, si cereus totum ardendo consumitur, æger convalescet: si autem æger est moriturus, cereus iterum, iterumque accensus semper extinguetur.

In Bohemia Nobilissima est familia, e qua siquis moriturus est, prius in arce, etiam de die senicula femina com parere solet.

Sandus Mainulphus post mortem e tumulo surrexit, præcepitque, ut ea, quæ fundaverat, diligenter in Monasterio servarentur. In ejus tumulo inventum est tinctinabulum, quod semper ultro sonitum dedit, cum quis moriebatur. N. 5. *Obobr*.

Sixtus V. Pont. Max. quotidie sibi pro cœna tres nuces apponi jusit. Aliquando, dum nuces aperit, invenit omnes tres verminosas ac putres. Cum indignatione abiecit cortices dicendo: si Romanis non amplius placent nuces, devorent castaneas. Quo dicto alludere voluit ad Cardinalem Joannem Baptistam Castagna, qui ejus in Sede Pontificali successor fuit.

Sicut campana feralis in turri passatur, dum maleficus ad mortis supplicium ducitur. Ita in quadam familia sonitus quasi campanæ sonantis auditur, quoties unus vel una ex tali familia morietur. &c.

Severo Imperatori quatuor aquilæ mortis signam tulerunt, a quibus in cælum abripi sibi videbatur. C. in Exod. c. 19. vers. 4.

Sancti Arnulfi cella pridie ante mortem trino impulsu concutitur. C. in Num. c. 23. v. 10.

Insulta volucris Bubo habetur: aliqua supra regii lavacri fastigium sedens, nec sagittis, nec lapidibus se abigi passa mortem Valentiniani Imp. ululando prædixit. Alia Herbiolenfibus pestem præfigit. Kormannus de mir. Mort. part. 3. c. 151. Antequam Cajus Octavius Augustus moreretur, statua illius fulmine tacta, & prima littera C. avulsa est. Idem p. 4. c. 167.

Quemadmodum Regi Balthasar scripta

est feralis sententia illis verbis: *Mare, Thæcel, Phares*: ita per varia prognostica nonnunquam mors prænuñciatur: Cum Julianus periret, vitæ sunt stellæ in firmamento hæc litteras effecere: *Hodie Julianus in Perside occiditur*. Inc. D. 3. 3.

Campana quadam in Monasterio vulgo Bødken ex se ipsa sonat, quoties Monialium una moritura est. In Burgundia prope Rhodanum Monasterium est, ubi Monachi in vivario penes adjacentes solent tot pisces nutrire, quot sunt in Monasterio Monachi: cum autem unus moriturus est, antea piscium aliquis e fundo exanimis enatabit. D. 6. 42.

Cardanus narrat, Familiam Torrellorum, quæ est inter primas Parmæ, habere arceem, in qua sub canino ignota anus semper cernitur, quoties ex familia aliquis moriturus est. D. 11. 55.

Sandomiriæ in Polonia, antequam quadraginta Religiosi a barbaris irruentibus fuerent obruncti, lector in choro ex Martyrologio Romano semper prælegit: *Sandomiriæ quadraginta Martyres*. Cum autem nec littera talis extaret, habitum id fuit pro prognostico Martyrii subsecuti. R. cent. 2. part. 2. mir. 42.

Prisquum Deus totum humanum genus diluvio extinxit, prius præcepit Noë ut pro sua suorumque salute arceam ex ligno edificaret. An ergo Deus universali humani generis extio nullo signum, tanquam monitum præmisit? Perimigrem sæculum edificavit arceam, singuli malleorum ictus fuere monium mortis imminenti. O quoties æfasmodi signa prævia advertere possent peccator, si vellet! verum vel illa non curat, vel aliter interpretatur, vel omnino contemnit, & risu explodit. &c.

Memoria mortis.

144. Dedocet peccatum.

Christos Dominus, dum sanos fecit ægrotos, semper commonuit, ut deinceps peccare nolint: dum autem excipiat a mortuis Lazarum, & filium viduæ eos nullo imbuabat præcepto, quare? Euthymius respondet: *A morte nunquam enim Doctore admoniti erant, & consequenter nullo alio monito opus habebat*. B. fer. 16. n. 3.

Ponamus unicum hominem ex toto humano genere moriturum, & hunc videri quotidie inter lapsus, inæta vanitates,

I 2

tes, inter seclera: nonne talis homo crederetur insanire? Et quid de te iudicas, o homo, mori debes, & in peccatis, & vanitatis vitam agis. B. ser. 16. nu. 13.

Job in serquinio radebat sanientesta de regula, quæ prona representat cunas, sapina fardapilam: considerabat apud se, o quam parvo intervallo distant ab invicem cuna, & tumba, & sic ait Gregor. etiam de exteione vulneris sumpsit curam mentis, Esc. B. ser. 17. n. 14. seq.

Rex Cyrus simulacrum Beel adoravit, credebat illud vivum esse, & comedere cibos appositos: Daniel detexit fraudem, dum pavimentum cinere contravit, in quo altera die vestigia virorum, mulierum, & infantum apparuerunt. Tu vestigia intueri horum, qui hic sepulti jacent, fuerunt nobiles, divites, docti: Osa arida tibi prædicare poterunt, ait S. Aug. B. serm. 17. n. 7. & seq.

Ille apud Climacum duodecim annis considerans mortem moriturus ait: Neminem posse peccare, qui mortem cogitat. David a cæde Saulis abstinere, dum dormientem mortuo similem aspicit. S. punct. 125.

Si non in hoc convertitur impius, non habet Deus, quod adiciat ultra. M. conc. 30. als. 1. n. 9. Paoletti Fer. 5. post Dom. 4. Quadr.

145. Facit contemnere mundana omnia.

S. Hier. ait: Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. B. serm. 16. n. 3.

Nec ponet ibi tentoria Arabs. Ubi Hier. Occasum considerans non ponit tentoria in Babylonia terrenorum affectuum. S. punct. 125. fol. 385.

Dum populus Israel ex Ægypto exibat, ante eum præcedebat arca, & post illum sequebatur tumba, cui inclusa erant ossa Josephi: nimirum, ut populus tam a lege Divina, quam a memoria mortis coercederet, ne redirent in Ægyptum. S. punct. 125. fol. 385.

Non frustra vocantur sepulcra mortuorum Monumenta, quod idem est ac Momena mentem: quia nos commponent in angusta serobe delitescere amplissimas cogitationes, & in hos cineres tandem delinere omnem pompam mundanam, &c. D. 10. 27.

Excommunicati Comitibus sepulcra aperto vidit ejus filius, illius carnes a bubonibus & serpenticibus corradi: tunc suspensus dixit: hi sunt amici ultimi, quos

delitiis nostris nutritimus; & valedicto mundo Romæ carbonarium agens tam sancte vixit, ut in ejus morte omnes urbibus campanæ consonarent. E. Mors. n. 21.

Constantius Imp. Roman ingressus, Hormisdæ Persæ ostendens ejus magnificentiam, petiit, quid sibi de ea videretur; cui ille: Romæ, eque ac alibi, homines moriuntur. Alphonfus Rex rogatus quæ tandem res, reges & privatos exarquet; respondit: Cinis; non enim est differentia inter cineres regis, & mendici. C. in Act. Apost. c. 14. v. 14.

Vere enuntiat S. Maximus: Facile contemnit omnia, qui semper cogitat se moriturum. Ibid.

146. Dedocet superbiam, docet humilitatem.

Apostolus non se extollit propter gradiam revelationum; quia paulo post subjungit: Quotidie moriuntur. S. punct. 125. fol. 388.

Dii estis, & filii excelsi omnes. Cave, o Propheta, ne superbiat, quos hæc laus tangit. Non est periculum; quia statim addit: Sicut homines moriuntur. Josepho futura celsitudinis signa fuerunt sol, & luna & stella adorantes: an non superbiit? non; quia hæc signa etiam humilitatis admonent, dum oceanum baptiantur. S. punct. 125. fol. 389.

Salomon quantum fuit in sapientia & divitiis; similem sibi non habuit: verum denique fieri debuit: Sum ego mortalis homo similis omnibus. Antiochus inflatus superbia, sed a Deo foeditissimo morbo percussus tum demum fe mortalem agnovit. Alexandrum assentatores super æthera extollebant, atque inter Deos respondebant, verum denique infirmus, & moriturus cum ludu aiebat: En; morior, quem fuisse Deum dicebatur. C. in Act. Ap. c. 14. v. 14.

Memorare novissima tua: consideratio hujus sententia, ait S. Aug. destructio est superbiae, evacuatio vanitatis & instantis, perfectio sanctimonie, preparatio salutis eterne. C. in Eccl. 7. ver. 40.

Quot inflati thraones cervicem erigunt velut Statua illa a Nabuchodonosore visa; dilatant phylacteria sua, verum adveniente lapide, mortis duritie, ait S. Antonius Paduanus, aurum sapientie, argentum eloquentie, et divitiarum, & ferrum potentie ad nihilum redigetur.

147. Dedocet luxuriam, docet castitatem.

Libido carnis est instar sanguisugæ, semper clamat: Asser, asser, Sed sanguisuga cinere conspersa rumpitur. Ita libidinosus cineres mortuorum intuens detestatur voluptates.

Cadaver Moysis ideo a monte Nebo in vallem Moab transfertur, ut ibi compellatur idolum Veneris. S. punct. 125. f. 389.

Abbas Elias odoginta annorum senex, cum a muliere potum aque incantus accepisset, tantis postea tentationibus vexatus est, ut e cella exierit ad conquendam mulierem. Sed quia enati in fossa cadavera virorum & mulierum ostensa sunt, rediit, & peccatum gravi penitentia expiavit. Lohner Bib. v. Penitentia §. 5. n. 7.

Juvenis feminam adamans, cum eam biduo non vidisset, tertia die ad illam invisurus perrexit. Pertransiens Ecclesiam vidit in ea funebres exequias fieri: quærit, cui hæc funeralia parentur: & audit, parari amatæ, ad quam pergere cogitabat: quin imo eam vidit in feretro, biduali morbo extinctam. Hoc aspectu adeo vanitatem rerum agnovit, ut ad sacram familiam Religiosorum abierit.

Memorare novissima tua! consideratio hujus sententia, ait S. Augustinus, est medela malitie, effugatio luxurie, evacuatio vanitatis, & constructio discipline. C. in Eccl. 7. v. 40.

148. Inculcatur homini ab omnibus creatis.

Mors ascendit per fenestras vestras. Fenestrate sunt quinque hominis sensus, quidquid vides, audis, tangis, olfacis, & gustas, o homo, tibi memoriam mortis inculcat: Vides solem, & stellas? hæc oriuntur, & occidunt. Arbores & plantas? hæc arefunt. Edificia, & domus? hæc concidunt. Homines, convivia, theatrorum lusus: hæc omnia post modicum tempus desinunt.

Audis curfus fluminis: vita tua adeo appropinquat æternitati, velut aqua mari.

Audis musicam? fides instrumentorum sunt de infinis animalium. Audis loquentes: verba in momento disparent.

Tangis, aut contergis a vestibus en? lamæ de ovibus, sericum de bombycibus, mortuus sumpta sunt. Calcet sunt exuvie animalium: scampum, cui insides, deare bore excisa est: libri, quos legis, commovent te, quod brevi ad alium sint transiuri. D. Claus Spicil. univers. Pars III.

Porro lege testamenta, contractus, pacta conjugalia, in his omnibus de tua morte fit mentio. B. serm. 16. §. 3. seq.

In te ipso invenis, o homo, non nisi memoriam mortis. Momento, quo nalciscis jam incipis mori, quia momentis singulis morti appropinquas, & tantum in ultima hora consummas: sicut ultimum arenæ granulum non facit horam, sed indicat horam esse elapsam, in cleyptodra: ita ait Seneca: Ultima hora, qua desinimus vivere, non sola mortem facit, sed sola consummat. Nonne juvenis eras? ecce! juvenis tua jam demortua est. Vir eras? atas virilis jam demortua est. &c. hinc verbum Vixisse merito æqualiter significat mori, quia in præterito vixit idem sonat, ac mortuus est. Esc. B. serm. 16. §. 4. Flores, poma, arbores, agri & fere alia omnia nobis inculcant memoriam mortis. Segn. Manna 6. Maji. n. 3.

149. Facit hominem divitem virtutibus.

Naves auro onustæ venerunt Salomoni ex Ophir: Ophir idem est ac cinis: ita virtutum divitiæ veniunt ex cinere mortuorum. S. punct. 125.

Job in fimo testæ radit ulcera: ubi Gregorius: Ut semetipsum in fimo considerans etiam de exteione vulneris fumeret curam mentis. S. punct. 125. fol. 388.

Juvenis difficultatem penitentia plus nimis exhorrescens, & mortem aliaque motiva despiciens, iustus est a Confessario, ut per quartam horæ partem in lecto decubens cogitare se esse mortuum, brachiis in formam crucis compositis, ad caput posito ardente cereo, ad pectus crucifixi imagine. Feecit id juvenis, & adeo illustratus est, ut totus solveretur in lacrymas, tum deposita confessione totius vite adeo emendatus est, ut de virtute in virtutem progrediretur. E. Mors. num. 28.

S. Maurilius Episcopus cum sepeliretur revixit, habitoque ad populum sermone mira de celo enarravit. Quanto cum fructu, facile est cogitare. N. 9. Aug.

Memorare novissima tua, monet Ecclesiasticus: hæc memoria enim divitiarum est totius vite, ait Lyranus, sicut Nauta festat in ultima parte maris, ut dirigat eam, nempe ut det stimulum ad studia caritatis, & virtutum, & ad implenda præcepta. Finis enim est principium agibilium, & præsertim in Ethica finis hominis movet & impellit ad fugam. 1 3 peco

peccati, & amplexum virtutum: hinc S. Augustinus de morte ait: Quid tunc proderit appetitus cibi exquisiti, potus delicatus, vestis curiositas, carnis mollietas, domorum constructio, præbendam acquisitio, divitiarum aggregatio. C. in Eccl. 7. v. 49.

150. A demone omni studio admittit homini.

Somnium suum mortis prodromum statim obliviscitur Nabuchodonosor. S. punct. 125. fol. 386.

Vaccæ, quæ arcam vehabant, restabant usque Bestiæ: quinam erant duces? demones; cum enim arca apud Allophylus multas mortes causabat, timebat, ne illa gens ab idololatâ converteretur. S. punct. 125. fol. 387.

Aræ erat diaboli, quod illi saltantes circa idolum potius vitulum, quam scœnum intuerentur. S. punct. 126. fol. 393.

Cur autem diabolus laborat eripere memoriam mortis? quia quicquid mali committitur a Christianis, inde plerumque nascitur, quod sibi persuadeant mortem tam cito non superventuram. Sicut enim servi in domo petulantur se gerunt, cum Dominum procul abesse sciunt: ita homines otio & peccatis se dedant, si mortem longius abesse sibi imaginantur. Ita dixit adultera: Non est vir in domo. Eccl. Dives Epulo fastu & luxuria distulabat, quia putabat se sua bona possessurum in annos plurimos. Servus ille infamis vim inferret domesticis, quia dixit: Moram facit Dominus venire. Eccl. Segn. Manna 6. Maii. n. 1.

Nequaquam morte moriemini! his verbis decipit diabolus protoparentes, & hodie dum peccatores decipit. Sicut Medicus medicinam amaram, quam æger respuit integram, per partes dividit, & eam per hoies dat, ut sensim totam absumat: ita dæmon mortem per partes & annos dividit: juvenibus persuadet: Non morietis in flore ætatis, attinges quinquaginta ad minimum annos. Sic fenibus blanditur, quod unum adhuc annum sint victuri! Quare? ut audaces faciat in peccato, & incurios in penitentiâ. C. in Gen. 3. v. 4.

151. Emendat hominem peccatorem.

Mox ut ille vermes ex se scaturire conspexit, licet antea se sidera cæli contingere arbitraretur, alas demisit. S. punct. 125. fol. 387. in fine.

Nabuchodonosor in quantum superbit, aut potius dementiæ fastidium pervenit? per scœnum autem correctus est. S. punct. 125. fol. 388.

Arca Noe in modum feretri fabricata fuit. Quare? quia voluit Deus per illam mundum peccatorem convertere.

Jonas prius a cæto deglucitur, ut efficacius prædicaret Ninivitis, postquam in schola mortis suam doctrinam hausit. Continuo in Festo S. Benedicti conf. 3. n. 4. seq. Vide etiam supra.

Gundisalvus Barcinonius in regno Mexicano rebellium ductor, cum in caput suum publica proclamatione quinque auroreorum millia constituta audit, eo periculo mortis ubique imminens conterritus in eremum secedit, & dein Millionarius ac fidei præco efficitur. R. cent. 3. p. 2. mir. 35.

Quidam Europæus ex India Orientali redux Imperatori Ferdinando III. attulit pulverem quemdam, qui in ea quantitate, quam extremis cultri capit, sumptus in liquido, ita confortat hominem, ut absque ulla violentia per dies octo infomnis vivere possit. VV. att. disc. font. 41. ex. 9. Verum pulvis sepulchrorum ex cadaveribus longe magis pellic somnolentiam spiritualem.

Latro in Monasterium invitatus & ibi laute habitus, cum videret fratrem innocentem in pane & aqua alitque austeritatibus vivere pro felici morte, sollicitus de sua convertitur. E. Converso. n. 33.

S. Landelinus disciplinæ virtutis se subducens vitam sceleratam agit: ubi autem socium repentina morte extinguit vidit, ad Magistrum Abbatem Autbertum rediit, & sanctam vitam egit. N. 15. Junii.

152. Deducet avaritiam, docet contemptum opum.

Cur Egyptii tam facile reliquerunt spolia Israelitis? Respondeo quia uniusquisque domi habebat mortuum. Hinc ait Sanctus Hieronymus: Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse mortuum. Alexander Magnus cum morti erat propinquus, servis divitæ regna, mille mundos divisurus, si habuisset. S. punct. 125. fol. 390.

Filio Religionem ingresso persuadere pater voluit, ut ad saculum revertetur, paratas illi esse opes maximas. Reposuit filius, nisi abrogaret consuetudinem in arce paterna, se non rediturum. Quærente patre, quomam ea esset consuetudo, repo-

repo-

reposuit illam esse, qua tam cito juvenes, quam senes morentur. Sic in Religione perseveravit. E. Mors. n. 23.

Loculus diminutive est mortui locus; cui enim viventi magna palatia, & amplæ domus non sufficiebant, illi morientium parvum sufficit spatium pro loculo. Unde mortuo Alexandro dixit quidam Philolophus, quem totus mundus non capiebat, hodie parva continet arca.

Sanguisuga insatiabilis est in sugendo sanguine, illo incumescit, & distenditur. Verum cum os illius cinere conspergitur, sanguinem omnem, quem suxerat, mox effundit & exspuit. Ita avarus, postquam alieno sanguine sese ingurgitaverat, cum mortem cogitat, iniqua bona refundit: non est expeditius remedium ad contemnendas divitias, quam cogitatio mortis!

153. Est amarissima impiis, & divitiibus.

O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua. Non dicitur cogitationem, aut expectationem mortis esse amaram, sed memoriam; quia impiis nec cogitant, nec expectant mortem, verum memoriam non possunt non habere, quia mors quotidie accidit plurimis, quos noverunt: Nunc audiunt mortuum esse unum amicorum, nunc popularem, nunc consanguineum, nunc servum, quem morbo vix tentatum e domo eiciunt, ne in conspectu eorum morentur. Et tunc quid faciunt: ut memoriam sibi adeo amaram statim extinguant, excogitant varias distractiones animi, nolunt fateri eum mortuum esse, quia mortalis erat, sed ajunt, mortuum esse, quia erat annis grandævus, quia erat pauper & sine auxilio medicorum &c. & sic semper sibi blandiuntur simili disparitate emendicata. Cur: ut amaritudini medeantur, quam sentiunt ex memoria mortis. Hinc ortum habent mille superstitiones in vestitu, in faciendo itinere, in corpore curando, usque adeo ut invitati ad convivium nolint consistere eum numero ominoso, est sint famelicæ, &c. Quod si tam amara sit illis memoria mortis, quomodo erit ipsa mors: hinc clamabant: Sicine separas amaram mortem? separas a palatiis? separas ab ambulacris? separas a divitiis? &c. Quid ergo agendum, ut hæc amaritudo tranquilletur? quotidie moriendum est, animus separandus ab affectu rerum terrenarum: Divitiis si assuat, nolite cor ap-

ponere. Eccl. Segn. Manna 18. April. n. 2. 3. & seq.

154. Constantes in animo tenenda est.

Oportet assuescere contemplationi mortis: si florem aspicias, in demisso capite languescat. Si pomarium intras, cogita quam sine honore arbores ferro autumno horrescant. Si in agros expatiaris, vide quomodo feges ad falcem flavescere incipiunt. Si ad fontem vadis, en ut aqua erumpens iterum a terra absorbeatur. Si ad focum consistis, en ut ligna in cineres concidant. Si per fenestras prospicis, en ut sol oriens ad occasum festinet. Si in cubiculo legis aut studes, en ut candela, quæ tibi lucet, absumatur, &c. His omnibus perpensis cogita non solum in sepulchris, sed in omni re latere larvam mortis. Segn. Manna 6. Maii. n. 3.

Abbas Evagrius dicebat: Memor esto semper exitus tui, & non obliviscaris æterni iudicii, & non erit delictum in anima tua. C. Lev. 16. vers. 29. fin.

Theophilus Archiepiscopus mortuus dixit: Beatus es Arteni, quia semper hanc horam ante oculos habuisti. C. Lev. 16. v. 29. fin.

S. Joannes Eleemosynarius: sepi scrum sibi aperiri, & quotidie se mortis admoneri præcepit: sepulchrum paulo post fore absolutum. Anima illius clamare petere visa est obvis pauperibus gloriosa, quam S. Apostolus Petrus in æternam cæli mansionem induxit. N. 23. Jan.

Brachmanni, gens ceteroquin barbarâ, non habebat cœmeteria extra urbes & pagos, sed mortuos suos ante fores mortuæ adium suarum tumabant, & sepulchra semper aperta conservabant, ut hoc aspectu vitam semper cum honestate ducere discerent, & juventutem suam a morum petulantia coercerent.

Memoria mortis est regula omnium agendorum, quæ omnes actiones nostras ordinar, & sanctificat. In omni opere suo ait S. Bernardus, dicat unusquisque sibi in Spec. ipsi: si modo moriturus essem, an facerem Manicha. Hæc cogitatio erit continuum Sanctorum exercitium. C. in Eccl. 7. v. 40. &c.

De his, quæ ante mortem.

155. Providendum est pro futuro serâ preparatione.

Josephus Ægyptius magnum frumenti apparatus congregavit pro futuro tempore famis. S. August. ait: Utinam novissima providerent homines contra sterilitatem futuram sicut Joseph. B. ferm. 6. n. 20. seq. Vide Titulum: Bona opera.

Quanto majoris momenti negotium agitur, tanto major debet esse præparatio: ille puellæ, quibus comparandum erat in conspectu Affueri anno integro unctæ, & ornate fuerit. Quod vero est majus negotium, quam ut bene agatur postrema vitæ clausula? hinc dicitur esto parati. Duplex autem est præparatio remota & proxima: Remota est, nihil agere quod tibi male cedat in morte: Proxima conscientie rationes componere, deponere dubia, implere debita, & his similia. Quid multis? esse debes sicut navis onerata in portu, quæ ad solvendum nihil aliud expectat præter ventum. Segn. Manna 5. April. n. 2.

Ne confide tempori futuro dicens: Est mihi sufficiens vita, sed semper paratus esto mori. Quæris quænam sit optima præparatio ad mortem? nempe si ita vivas, ac si quilibet dies esset supremus: confitere, quasi ista confessio foret ultima, ora, quasi post hanc orationem non sit futura alia occasio orandi, & sic de cæteris actionibus. Hoc si facias, videbis, quod hoc exercitium dissipabit ex animo cogitationes vanas, facietque, ut semper sis paratus mori. &c. Segn. Manna 5. April. n. 5.

Carolus V. sibi adhuc vivo funeralibus parentari jubet, quibus ipse intererat, ut mori disceret. D. 1. 32.

Præparatio ad mortem tanto debet esse sollicitior, quia unica vice morimur, error non potest corrigi. Statutum est... semel mori. Segn. Manna 13. Maji. 3.

156. Præveniendâ est confessione, dum viros valent.

Iusto Simeoni promissum est, Non visurum se mortem, donec videret Christum Domini: Ecce! mori iustorum idem est ac videre mortem: mori autem impiorum idem est, ac videri a morte: Quare hoc? audi explicationem in simili: Basiliscus necat hominem solo aspe-

ctu, verum ait Ambrosius: Ipse quoque s. Ambrosius, serpens mori dicitur, si fuerit hominis in præsentia. Ita mors præveniendâ est. &c. B. ferm. 57. n. 27.

Diabolus agrotantibus de industria spem longioris vitæ suggerit, ut illi Sacramenta fumere differant. Nobili Vvesphalo in silva apparens in specie Monialis cantantis promisit, quod transfreturus & in servitio Christi moriturus esset. Falsum id fuit; nam paulo post in febrim incidens, ægre persuasus, ut Sacramenta fumeret, obiit. E. Demon. n. 13.

Cum fames ingruere videtur in aliqua regione, omnes de comæatu cibi provident. Si tanta cura adhibetur corpori, cur non æqualis animæ? in aternitate sterilitas est, & fames, non potest vel unicuique opus meritorium exerceri: igitur in hunc finem monet Spiritus Sanctus: Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum.

Letali vulnere balsama & emplastra non profunt, nisi prius a pure & tabido sanguine purgentur: ita ut Sanctissima Sacramenta, & ipsa finalis gratia morientibus prosint, prius anima ab omni peccatorum tæbe, sordibusque mundanda est. &c.

157. Querendus est Patronus pro morte assistens.

S. Martinus dum e militia in patriam rediret, in via audit clamorem venantium, viditque erumpentem e silva leporem, quem canes insectabantur. Sanctus Vir stare iussit canes, & illi immobiliter stabant: recepit tum lepuleulum, eique aufugiendi locum fecit. Tu consueve tibi Patronum, qui te contra infernales canes defendat.

Beatissima Virgo Maria a Filio petit & impetravit, ut in morte ab infestatione demonis fuerit immunis 1. propter Angelorum. 2. propter Apostolorum præsentiam, & qui ex toto terrarum orbe fuerant mirabiliter Hierosolymam ad mortem B. V. translati. 3. propter ipsam sanctitatem, & potestatem Virginis super dæmonia. Tu ergo, cui in mortis articulo metuendum est a dæmone, SS. Angelos, Apostolos, & ipsam Beatissimam Virginem auxilio invoca. H. ferm. 4. fol. 33. & seq.

Eusebius in morte terribiliter lustrabatur, & eulabatur: Succurrite fratres! Adjuvate me! tandem ubi S. Hieronymus illi apparuit, quem semper venerabatur, tam placide, & sancte mortuus est.

est, ut cæcum, qui ejus cadaver post mortem tangebatur, mirabiliter visui restituerit. Spec. ex. tit. Mor. c. 13.

Præcipue invocanda est Sanctissima Dei Mater Maria, Domina, Patrona, Advocata nostra, & Refugium peccatorum, sperandumque est, non deserturam nobis in extremo periculo, quam millies & millies in vita rogavimus: Ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Dein invocandus Patronus Nominis, qui pie creditur ab ipso Baptismi Sacramento curam nostræ suscepisse, &c.

158. Constituendi fideles executores.

Miles, cui post diuturnam militiam nihil superstit præter equum, mortuus vocavit, rogavitque Nepotem, ut post suam mortem dividendo equo pecuniam in pauperes erogaret. Neglexit id Nepos, & ecce: post dimidium annum apprensus desunctus exprobravit illi infidelitatem, dixitque, quod residuum pecunie ipse in purgatorio subitus esset. Nepos mortuus est, & illas pœnas subit. E. Defuncti n. 12.

Sacerdotunicam pauperis peregrini morientis acceptans, sed sacra petita non faciens, visus est sibi in somno raptari ad loca tormentorum. Ibi diabolus afferens illam tunicam, in bulliens lixivium intinxit, & Sacerdoti in faciem percussit. Evigilans Sacerdos, & terribiliter opem inelamans se tota facie usum invenit, in infernariam deportatus. E. Defuncti n. 13.

Anima sedens inter duas mensas, unam vacuum & alteram plenam, dixit eremita: in mensa hac plena ante me sunt opera misericordie, quas feci in vita: in altera retro me vacua sunt opera misericordie, quas post meam mortem demandavi amicis. Ecce, nulla sunt. T. 141.

Patri morituro duo filii promiserunt mita largitatis opera pro ejus anima. Substitit tertius, & dixit se duplo plura facturum quam uterque. Quæsitus a patre quomodo id fieri poterit; reposuit: Facile; quia illi nihil pro te facient. T. n. 142.

159. Mature sciendum testamentum.

Ad primum tubæ sonitum voluit Deus, ut Israeliticæ arcam congregarentur: ad prolixiorem, ut castra moverent: sonitus tubæ infirmitas est, si prolixior sit, reclusa divide. S. pun. 136. fol. 423. in fine.

In ipsa mortis hora perplexa sunt omnia, & homo præ angustia & rerum va-

rietate incapax est ad constituendas ultimæ voluntatis tabulas. Absalon e quercu pendens non dissolvit nodum capillorum; præ angustia enim, ait Abulensis, non attendebat, quid ad liberationem suam facere posset. Et tu tibi facile fore credis inter dolores morbi disponere testamentum, rationes inire, debita explicare; quæ interdum etiam vegetum fatigant? O quam multi moriantur dolerant, tribus lanceis velut Absalon vulnerati: Primo, quia non mature consecerunt testamentum. Secundo, quia multa litigiosa relinquunt, quæ post mortem suam varias turbas excitant. Tertio: quia post mortem suam parum auxilii experientur. &c. B. ferm. 57. n. 30.

Ardea dum e lacuinis & pabulo piscium & ranarum rediret in aera se sublevarit, & subito advertit falconem pernici volatu sibi imminentem, ad pugnam sese præparavit, devoratos pisces, ranas, & omne pabulum eructando, ut sese alleviet, & ad pugnam se expeditiorem reddat. O homo, cum infernalis falco tibi aternitatem avolatur infidias struit, & pugnam movet, necesse est, ut ab omnibus terrenis te allevies, injuste devorata expuas, & quæ terrena in corde tuo resident cum omni affectu abjicias.

Beatissima Virgo ante mortem duas tunicas donat duabus Virginibus. Melius igitur est, in hoc mortem prævenire. H. ferm. 2. fol. 16. & seq.

160. Exigitur serâ preparatio.

Adeodatus Gozo Eques Melitensis in Insula Rhodus cum dracone pugnaturus erat: antea autem & te, & equum, & canes diu ad pugnam ficto draconis simulacro exercebat. Infelix fuisse in certamine, nisi fe antea sollicitè præparasset. D. 5. 78.

In regno quodam, ait S. Joannes Damascenus, mos erat, ut electi reges subito e throno dejecti in exilium mitterentur. Multi improvidi tunc erant infelices, sed unus aliquis e regis thesauris magnam pecuniam copias præstitit, & felix vixit. Ita præmittenda sunt opera bona in aternitatem. Sanch. 6. part. c. 10. fol. 841.

Juvenis quidam Chinesis accepto Baptismo ardentissime optat mori. At quoniam cogitabat, deplorabatque se nulla bona opera in alteram vitam afferre, a patre rogat, ut eum crudeliter flagellis caderet: obsecranda Pater bis eum flagris per-

percussit, impactis semper decedentis ictibus. R. cent. 3. p. 2. mir. 15.

Anteriori saeculo urbs Tolosana generosam preparationem ad mortem vidit in Henrico Duce Montmorantio, qui pro perduellionis reo habitus ad capitale supplicium damnatus est. Sententiam mortis intrepido animo excepit, cor suum in templo S. Ignatii sepeliri iussit, epistolam valedictoriam, & simul consolatoriam ad uxorem scripsit, famulos suos pro ratione meritorum remunerari precepit, SS. Sacramenta pie sumpsit, tempus ultimum sacris discursibus & cura salutis impendit, debita expunxit, Praefidi Regalis Ministerii, qui suam mortem indigniter promovit, artificiosissimam pichuram dono reliquit, veniam ab inimicis rogavit, militibus, qui eum custodiebant, grates pro labore retulit, publice ad terrorem populi mori desideravit, & tandem crucifixi imaginem manu tenens impeturbato animo caput sub carnificis asciam inclinavit, clamans: *Domine IESU accipe Spiritum meum*. Erat Vir omnibus naturæ & gratiæ donis ornatus. Theatr. Trag. Hist. 36.

In morte.

161. *Qualis tunc homo est, taliter iudicatur.*

Dominus iudicabit fines terræ: ubi Isidorus Pelusota: Deus non iudicat, quales antea fuimus, sed quales circa finem vite: ex fine enim suo unumquemque aut iustificat, aut condemnat. B. ferm. 8. n. 8.

De S. Materno Discipulo S. Petri dicitur, quod ter mortuus fuerit: Nam fuit ille juvenis in Naim primo excitatus a Christo, dein in Alſicia prædicans Evangelium secundo mortuus, & 40. diebus sepultus a S. Eucherio iussu S. Petri revocatus fuit. Postmodum primus Coloniensis Episcopus factus illi Ecclesiæ 40. annis præfuit & denique Dominica decima quinta post Pentecosten, ubi legitur Evangelium de iuvene in Naim, tertio defunctus est. W. art. disc. font. 29. ex. 4. Si tres tibi mortes obundare essent, præ prima & altera vice artem moriendi addiscere, & probationem facere posses, mi Christiane, minus vita tepida tibi vitio verri posset: sed una mors te expectat, & qualis tunc inveniatis, talis æternum eris, &c.

Tapetes quidam supra baculum, ut

ajunt, acu consuntur, ita eorum artificium & figura non appareat prius, quam absoluto, & perfecto opere evolvitur, & explicatur: Ita de operibus nostris, cuius valoris coram Deo sint, per omnem vitam ignoratur, & tunc primum apparet, cum mors texturam operum eolvat, & explicabit. O quo errores inveniuntur, multaque opera cum ingenti complacentia & plausu peracta, defuncta inveniuntur. Putabit homo, hæc vel illa esse celo digna, quo tamen inferno aut acri saltem purgatorio ad iudicabuntur.

162. *Momentum ultimum quam terribile.*

Homo sapius consideret illud momentum, cui simile ad experimentum capiendum necdum antea habuit. Illud momentum, quod finis erit temporis & initium æternitatis. Illud momentum, a quo dependet irrevocabilis sententia: illud momentum, quod exordium erit penarum impis, & præmiis iustis. Illud momentum, quoad seceritissimum, incertissimum autem quoad tempus. B. ferm. 18. n. 3.

O momentum terribile! O aditus æternitatis! convivium Afueri celebratum fuit in vestibulo horti, & memoris. Momentum ultimum vel ad hortum ducit æternæ beatitudinis, vel ad nemus horridum damnationis: hinc comparantur literæ Ypsilon, quæ aliquantum recto ductu incipiens finitur in bivium. Cogita, siregius Princeps in Mauritania captivus uno alexæ jactu ludere deberet sive de libertate, sive de vivicomburio: heu! quantum illi cor palpitaret, cum cerneret ex uno alexæ jactu pendere aut suam felicitatem, aut crudelem interitum: & quomodo tibi cordi erit, o homo, cum cerneret ex uno momento aut præmium pendere, aut poenam æternam; &c. B. ferm. 18. n. 3. seq.

Canonicus Regularis pientissimus in morte risit & exultavit: verum apparuit illi B. V. monuitque illum, hoc non esse tempus ridendi & exultandi, &c. E. Maria n. 14.

163. *Homo ita perplexus ut sibi prodesse nesciat.*

Absalon pendens ex ilice habebat liberas manus, & nudum gladium, & tamen crinum nodum non abscidit: Absalonis ait: Absalon mortuus non attendebat, quid ad sui liberationem fa-

Abul. in
2. Reg. 18.
9. 12.
ccc.

cere posset. Percussit enim Deus, ne accideret ad ea, quæ sibi utilia erant. B. ferm. 8. n. 19. Serm. 57. n. 30. Aliam ad huc rationem assignat Chryl. de Absalone, iniquis: *Non præcidit in vita, non præcedit in morte, &c.* B. ferm. 9. n. 15.

Medici alicubi cadaver furis mansuspeni a Magistratu ante meridiem profectione anatomica impetratum in hypocausto calefacto reposuerunt, & dein ad sumendum prandium secesserunt: cum redierunt animo anatomiam peragendi loco cadaveris invenerunt furem redivivum, retro fornacem in angulo delitescentem: examinatus nec centesimam partem eorum scivit, quæsecum facta sunt. Ex quo patet, quod quidquid a moriente fit consulsissime fiat.

Homo in periculo naufragii, latrocinii, aut incendii constitutus, præ timore totus syderatus & sui impositus esse solet, & tamen hæc mala nondum sunt certo inevitabilia. Quid fiet, quæ conſternatione palpabit moriens, cum se incidisse videbit in periculum mali inevitabilis, & inemendabilis? Bene S. Greg. In morte tanto timor fit acrior, quanto retributio vicinior, & quanto vicinior iudicium tangitur, vehementius formidatur; invenit enim homo quod in æternam non poterit vitare, &c.

164. *Hypotyposis hominis morientis.*

Imaginare tibi homo, adesse illud momentum, quo medicus de tua valetudine desperans pro salute animæ te jubet esse sollicitum: tam tristi nuntio conſternatur tota familia, tu vero ante alios ob mortis imminentes horrorem. Tum decreſcunt magis, magisque corporis vires, pectus intumescit, halitus gravatur, arteriæ pulsus hæret, facies deturpatur, extrema membrorum frigeſcunt, naſus acuminatur, labia nigreſcunt, gelidus sudor erumpit in frontem, sensus hebetantur, guttur ronchizat, oculi subsidunt, & demum imminet momentum terribile ultimum, &c. B. ferm. 18. n. 7.

Cardinalis Damiani ita describit: Cum jam peccatrix anima vinculis incipit carnis absolvi, quam amaro terrore concutitur, quantis mordacis conscientie stimulis laceratur: recollit vitæ, quæ commisit, videt mandata, quæ negligenter implere contempsit, dolet indulta penitentia tempora sese inaniter percipisse, plorat inmobilem districtæ ultionis articulum sibi inevitabiliter imminere. Ma-

nere satagit, ire compellitur: Interea dum hebescentis oculi contabescunt, dum pectus palpitatur, dum raucum guttur anhelat, dentes paulatim nigreſcunt, & quamdam velut rubiginem contrahunt, pallescent ora, & membra cuncta nigrescunt, &c. &c. S. pun. 131. fol. 407. seq.

165. *Vileſcunt mundana omnia.*

Rex David de se fateatur: *Anticipaverunt vigilas oculi mei. Turbatus sum, & non sum locutus. Quare? cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Conferebam vite præterita dies cum æternis venturis: cogitavi quod olim super hæc leones, & ursos victor fuerim: sed hæc fortitudo nihil proderit in æternitate. Olim honoratus, adoratus eram, cum flavi Goliathum: sed nunc imidius hæreo, an non inter victos futurus sim in omnem æternitatem. Olim fructus sum amicitia Jonathæ, nunc pergere debeo solus in regiones incognitas &c.* B. ferm. 18. n. 9. seq.

Totius mundi voluptates sunt velut somnium surgentium &c. Ubi Lobbetius: *Bene ait velut somnium surgentium, non dormientium, quia dormientes sua capiunt, & deſectant somnia, surgentes autem decipiunt, & cruciantur.* E contra labores, penitentia, advertitates in extremo articulo in solatium cedunt, &c. B. ferm. 18. n. 13. & seq.

Siquis solem intueatur, & oculos iterum in terram reflectat, nihil videt; umbrosa sunt omnia: ita si quis æternitatem considerat tamquam umbram reputat terrena omnia. *Atenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.* B. ferm. 18. n. 15.

Leo IX. Pontifex Maximus in articulo mortis optat habuisse in manibus claves monasterii, præ clavibus Ecclesiæ, Philippus III. Hispaniarum Monarcha in articulo mortis optat fuisse frater Religiosus præ Rege Hispaniarum, &c. B. ferm. 18. n. 16.

Carolus Rex Sicilia moriens agnoscit mundi vanitatem, exclamans: *Quam præfates jam pauperem fuisse, non Regem.* C. Gen. 50. v. 24. in fine.

Quid tunc proderunt curæ, sollicitudines, & industria hominis avari pro accumulandis divitiis? ex omnibus thesauris, etsi milliones adqueant, nec obolum secum auferet! quæ oculorum corvitate tunc aspiciet aurum, quod sine valore est, & prodesse ipsi nihil potest? Et ita reversa se res habet, dicente S. Ambrosio: *Nudi omnes nascimur, nudi morimur, nulla di-*

Lobbet. de
pecc. 1. 2.
non prop. 4.

Isai. 38.

S. Amb.
in Hier.

similitudo inter cadavera mortuorum, nisi forte, quod gravius sententia divinum corpora, dispersa lucris.

Romanus Cato de tribus dolebat: 1. Quod suum decretum revelasset mulieri. 2. Quod vel unicam diem sine fructu neglexisset. 3. Quod infido mari (Mandus propter infidelitatem suam comparatur mari) se unquam in itinere commisisset. His idem luctus proportionaliter erit mandatorum morientium. C. in Acta Ap. c. 27. v. 44.

166. *Vis demonum erit maxima.*

110c. 12. Descendit ad vos diabolus habens iram magnam: nam in comparatione ultimae irae omnis ira tentatoris in hac vita pro nihilo habenda est, ait Greg. tanto enim atrocior fuit, quia scit quia modicum tempus habet. *Quantum brevitate temporis angustatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur.*

Quae erunt angustiae morientis, cum totus oreus contra illum conjurat! &c. &c. B. ferm. 18. n. 22. seq.

De corpore Moysis & anima altercatus est demon propter levem inobedientiam: quid faciet propter transgressiones fere omnium preceptorum? S. pun. 131. fol. 407.

Chorus malignantium circumdedit me: Hinc sudores, hinc oculorum detorsio formidabilis, hinc conatus fugae, hinc nulla quies in lecto; dicent medici, haec esse symptomata, sed S. Ephrem ait, haec inde oriri, quia formidabiles exercituum demonum se spectandos praebent. S. pun. 131. fol. 405.

Cum S. Anselmus iter faceret, lepisculus a canibus venaticis exagitatus tandem ad Sanctum Virum confugit, quem ille manibus palpantem excipiens, ad comitum aiebat: eni mei boni sic anima morientium a demonibus insidias patiuntur. Sanch. 4. par. c. 4. fol. 250.

Peccator inveteratus a S. Dominico a JESU Maria convertitur: relapsus in morbum letalem incidit: demon primo illi sub specie Christi apparet, & veniam peccatorum promittit. Dein adveniens S. Dominico etiam demon Dominici formam assumpsit: sic altercatio inter utrumque, quae nunc verus esset Dominicus. Tandem demon actum humilitatis exercere iussit quem verus Dominicus exercuit, in fugam actus est. En quantum conatus demonis in morte animam depravare cupiens. R. 1. cent. 2. part. mir. 45. Vide Titulum. *Demon.*

167. *Tentationes terribiles.*

Abbas Stephanus vixit adeo innocenter, ut Leopardus quotidie ex illius manu panem sumpserit, & tamen in morte auditus esse altercari, hoc feci, hoc non feci, adeoque mortuus est, ut qui fuerit exitus huius luctu nesciatur. Sanchez 4. par. c. 4. fol. 253. E. *Judicium 4.*

In morte plus quam alias apparet gravitas peccati. Trabs quamdiu in aquis natat, potest facile moveri, & videtur levis, sed si in ripam extrahatur, est immensis ponderis. Ita peccatum in vita videtur leve, sed in morte apparebit gravissimum. Segn. Hom. Chr. p. 1. dif. 11. n. 12. Eusebius post sanctam conversationem in morte disputat, & luctatur, clamans: Non faciam! non faciam! Interrogatus autem cur ista diceret? respondit se ad demonibus ad blasphemandum fuisse provocatum. E. *Mors. n. 19. N. 5. Martii.*

Juvenis haud satis honestae vitae in morbum & in mortem delapsus, auditus est cum aliquo ab hominum oculis remoto altercari, dicereque: Quam longa est hac scedula? quam integro volumini par? Ex quo desumi poterat, omnia vitae crimina illi fuisse objecta. J. 103.

Tentationes in vita habent se ut velitationes in bello, in morte autem ut pugna decretoria: sicut ergo Reges, & Bellicidae ad pugnam, de qua summa rei dependet, vim maximam, & vires omnes impendunt; ita diabolus contra morientem artes, fraudesque omnes in aciem convocat; quia scit, rei alicui in ultima hac pugna versari, & si modo contra hanc animam non praevaleret, in aeternum non amplius esse praevaliturus, &c.

Post mortem.

168. *Homo non potest amplius respicere.*

Descende in domum siguli. Cur? vide vasa lutea: si nondum igne durata frangantur, possunt refici: ita homo in hac vita potest peccatum emendare. At si vas igne coctum frangitur, acutum est, refici non potest amplius, quia non amplius potest emolliiri. B. ferm. 6. n. 13.

Hec; quanta cum conternatione animi contremiscet homo, cum te & vivis excessisse, & jam primo momento in eum statum incidisse videbit, ut emendare non potest amplius, quae cuperet emendari. Tunc in memoriam illi redibunt omnia,

omnia, quae per totam vitae periodum peregit, bona & mala. Recogitabit pia principia, quae edoctus est in prima pueritia; recogitabit petulantias adolescentiae; recogitabit vitia tam commissiois, quam omissionis in aetate virili & senili!

Tunc compositis manibus, immenso cum ejulatu, inter effusas lacrymas sibi ipse dicit: Utinam, utinam, Parentibus, Instructoribus, & bene momentibus semper obediens fuisset! Utinam malis sociis, eorumque suggestionibus, quibus pessime seductus sum, nunquam aures praebuisset! Utinam pravas occasiones & pericula semper declinasset; Utinam contra tentationes strenue pugnavisset. Eheu! quam rara & fatua fuit mea oratio erga Deum; quam frigida caritas erga proximum; quam perverfa indulgentia & libertas erga meipsum; vixi corpori magis quam animae, quod libuit licuit, sic bonorum operum vacuum sum, e contra thesaurum irae per scelera mea immensum collegi; O utinam liceret reverti; Vellem diu nocturne adorare Deum; vellem benefacere miseris; vellem inaudita austeritate coercere corpus; ita euilab mihi, sed frustra per omnem aeternitatem. *Tempus non erit amplius, &c.*

169. *Multi creduntur viciisse, & vixi sunt.*

De Sifara creditum est, quod tunc dividat spolia, & ille clavo confixus interit: ita de multis dicitur, quod nunc in requie gaudeant, qui in inferno ardent. B. ferm. 49. n. 12.

Exh. 15. Deus per Prophetam interrogat: *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis memoriam, quae sunt inter ligna silvarum? Nunquid tollentur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas? Ecce igni datum est in escam.* Sic eheu; de multis dici potest, qui iudicio mundi creduntur salvi esse, & igni dati sunt.

Juncus humectus creditur, sed oriente sole aridus esse invenitur: ita ad solem iustitiae multi aridi erunt, qui virtutibus pleni credebantur. M. cont. 6. aff. 2. num. 6.

O Mausolae, o marmora in cemetariis, quam iactabundis epitaphiis caelo dignos depradicatis, quos terra tegitis; Fuit Princeps omni comparatione major, fuit tam pietate, quam sanguine illustis; fuit iudex aequissimus; fuit pauperum Pater largissimus; fuit compendium omnium

virtutum. Verum eheu; ubi modofunt? Laudantur ubi non sunt, ait S. Aug. cremanur, ubi sunt. *Angustia portae, & arctata via est, quae ducit ad vitam. & pauci sunt qui inveniunt eam.*

Paucitatem Salvandorum terribilibus symbolis exprimunt Sacri Scriptores. 1. Per Patriarcham Lot, qui solus cum duobus filiabus evasit incendium Sodomae, ceteris omnibus igne concrematis. 2. Per diluvium, in quo solus Noe cum septem animabus servatus est. 3. Per ingressum terrae promissae, quo ex sexcentis Hebraeorum millibus solum duo, Josue & Caleb pertraxerunt. 4. Per stragem Chaldaeorum, ubi Propheta salvandos comparat cum paucis spicis post messam. 5. Per irrefragabilem sententiam Christi, *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* 6. Per capacitatem inferni, qui 200. milliibus Italicis profundus, & totidem longus multa millena millia millionum capit, qui velut hales in vase compingentur. C. in Matth. 7. ver. 14.

170. *Vita misera excedere solitum est.*

Chirillus flevit, dum Lazarum ad hanc miseram vitam revocavit. Dixit Abraham de Lazaro in limbo: *hic consolatur:* Quid? ille consolatur in tenebris, & carentia visionis Dei? omnino: in tantum consolatur, quia erat extra miseriam huius vitae. Samuel revocatus ad vitam aiebat: *Quare inquietasti me?* S. pun. 126. fol. 397.

Perpendamus disparem exitum divitis Epulonis, & pauperis Lazari: O quanta cum exultatione hic, ab Angelis in sinum Abraham translatus beatus dixit suas afflictiones, quas in hac vita pro celo perpeffus est. O mi Bone Deus, inquit, quas grates tibi possum rependere pro fame, & siti quibus meritis sum caelesti Manna & neclare pasci. Quas grates possum rependere, pro contemptu, & vilipensione, qua gloriam & honorem, omnibus mundi principibus majorem mihi comparavi; quas grates possum rependere, pro ulceribus sanie & sanguine fluentibus, quae canes mihi lingebant, quibus aeternam valetudinem in consortio Angelorum promerui. Quas grates possum rependere pro paupertate, & rerum omnium inopia, quae immensis caeli divitiis jam mihi compensantur. Momentaneum fuit, quod cruciatur, aeternum quod delectat. Quid profunt jam haec Epuloni byssus & purpura; quid splendida